

CD	CODICI	
TSK	Tipo scheda	FON
FO	FONTE	
FON	FONTE	
FONA	Autore	Tito Livio
FONT	Titolo opera	Ab Urbe Condita (V-XXI)
FOND	Anno	15/20 ca. d.C.
FONP	Periodo	età giulio-claudia
FONE	Epoca	Alto Imperiale
FONX	Note	ed.: L. Perelli (a cura di), Storie di Tito Livio, Torino 1970-1997 (trad. libri 1-5: L. Perelli; 21-25: P. Ramondetti; libri 36-40: A. Ronconi e B. Scardigli; 41-45 e frammenti: G. Pascucci).
PAS	PASSO	
PASL	Localizzazione	V, 33
PASO	Testo originale	[1] Expulso cive quo manente, si quicquam humanorum certi est, capi Roma non potuerat, adventante fatali urbi clade, legati ab Clusinis veniunt auxilium adversus Gallos petentes. [2] Eam gentem traditur fama dulcedine frugum maximeque vini, nova tum voluptate, captam Alpes transisse agrosque ab Etruscis ante cultos possedissee; [3] et invexisse in Galliam vinum inliciendae gentis causa Arruntem Clusinum ira corruptae uxoris ab Lucumone, cui tutor ipse fuerat, praepotente iuvene et a quo expeti poenae, nisi externa vis quaesita esset, nequirent; [4] hunc transeuntibus Alpes ducem auctoremque Clusium oppugnandi fuisse. Equidem haud abnuerim Clusium Gailos ab Arrunte seu quo alio Clusino adductos; [5] sed eos qui oppugnaverint Clusium non fuisse qui primi Alpes tran sierint satis constat. Ducentis quippe annis ante quam Clusium oppugnarent urbemque Romam caperent, in Italiam Galli transcenderunt; [6] nec cum his primum Etruscorum, sed multo ante cum iis qui inter Appenninum Alpes que incolebant saepe exercitus Gallici pugnare. [7] Tuscorum ante Romanum imperium late terra marique opes patuere. Mari supero inferoque, quibus Italia insulae modo cingitur, quantum potuerint nomina sunt argumento, [8] quod alterum Tuscum communi vocabulo gentis,

alterum Hadriaticum [mare] ab Hadria, Tuscorum colonia, vocavere Italicae gentes; Graeci eadem Tyrrhenum atque Hadriaticum vocant. [9] Et in utrumque mare vergentes incoluere urbibus duodenis terras, prius cis Appenninum ad inferum mare, postea trans Appenninum totidem, quot capita originis erant, coloniis missis, [10] quae trans Padum omnia loca, excepto Venetorum angulo qui sinum circumcolunt maris, usque ad Alpes tenuere. [11] Alpinis quoque ea gentibus haud dubie origo est, maxime Raetis, quos loca ipsa efferarunt ne quid ex antiquo praeter sonum linguae, nec eum incorruptum, retinerent.

[1] Dopo l'espulsione di quel cittadino, con la cui presenza, se qualcosa di certo vi è nelle cose umane, Roma non avrebbe potuto essere presa, avvicinandosi la rovina fatale della città, vennero da Chiusi ambasciatori a chiedere aiuti contro i Galli. [2] La tradizione narra che quel popolo, mosso dall'attrattiva delle messi e soprattutto del vino, piacere nuovo per esso, passò le Alpi e occupò i territori prima coltivati dagli Etruschi; [3] e introdusse il vino in Gallia per adescare quella gente Arunte da Chiusi, il quale voleva vendicarsi di Lucumone che gli aveva sedotto la moglie; Lucumone, di cui egli era stato tutore, era un giovane assai potente, di cui non era possibile vendicarsi se non ricorrendo ad una forza straniera; [4] questo Arunte guidò i Galli nel passaggio delle Alpi, e li consigliò di attaccare Chiusi. Invero io non voglio negare che i Galli siano stati condotti a Chiusi da Arunte o da qualche altro cittadino di Chiusi; [5] ma è certo che i Galli che assalirono Chiusi non furono i primi a passare le Alpi. Infatti i Galli scesero in Italia duecento anni prima che assalissero Chiusi e prendessero la città di Roma; [6] e non furono questi i primi Etruschi con cui combatterono gli eserciti dei Galli, ma molto tempo prima più volte essi vennero a battaglia con quegli Etruschi che abitavano fra gli Appennini e le Alpi. [7] Prima della dominazione romana la potenza etrusca si estendeva ampiamente per terra e per mare; i nomi dei due mari, superiore e inferiore, da cui l'Italia è cinta a guisa di un'isola, offrono una testimonianza della loro potenza, [8] poiché l'uno le popolazioni italiche chiamarono mare Tosco, nome comune all'intera gente, e l'altro Adriatico, dalla colonia etrusca di Adria; i Greci li chiamano pure Tirreno e Adriatico. [9] Si stabilirono nelle terre che si stendono fra entrambi i mari, fondando dapprima dodici città nella regione fra l'Appennino e il mare Tirreno, e poi mandando al di là dell'Appennino altrettante colonie quante erano le città di origine; [10] occuparono così tutta la regione al di là del Po fino alle Alpi, eccettuato l'angolo abitato dai Veneti intorno all'estremità del mare Adriatico. [11] Anche alcune popolazioni alpine sono senza dubbio di origine etrusca, soprattutto i Reti; la natura stessa dei luoghi poi li imbarbarò al punto che non mantennero alcuna delle caratteristiche antiche se non il dialetto, ed anche questo

PAST Traduzione

corrotto.

PASX Note IX-V sec. a.C.

PAS PASSO

PASL Localizzazione V, 35

PASO Testo originale

[1] Alia subinde manus Cenomanorum i Elitovio duce vestigia priorum secuta eodem saltu favente Belloveso cum transcendisset Alpes, ubi nunc Brixia ac Verona urbes sunt locos tenuere. [2] Libui considunt post hos Salluviique, prope antiquam gentem Laevos Ligures incolentes circa Ticinum amnem. Poeninum deinde Boi Lingonesque transgressi, cum iam inter Padum atque Alpes omnia tenerentur, Pado ratibus traiecto non Etruscos modo, sed etiam Umbros agro pellunt; intra Appenninum tamen sese tenuere. [3] Tum Senones, recentissimi advenarum, ab Utente flumine usque ad Aesim fines habuere. Hanc gentem Clusium Romamque inde venisse comperio; id parum certum est, solamne an ab omnibus Cisalpinorum Gallorum populis adiutam. [4] Clusini novo bello exterriti, cum multitudinem, cum formas hominum invisitatas cernerent et genus armorum, audirentque saepe ab iis cis Padum ultraque legiones Etruscorum fusas, quamquam adversus Romanos nullum eis ius societatis amicitiaeve erat, nisi quod Veientes consanguineos adversus populum Romanum non defendissent, legatos Romam qui auxilium ab senatu peterent misere. [5] De auxilio nihil impetratum; legati tres M. Fabi Ambusti filii missi, qui senatus populique Romani nomine agerent cum Gallis, ne, a quibus nullam iniuriam accepissent, socios populi Romani atque amicos oppugnarent. [6] Romanis eos bello quoque, si res cogat, tuendos esse; sed melius visum bellum ipsum amoveri, si posset, et Gallos, novam gentem, pace potius cognosci quam armis.

[1] Successivamente un altro gruppo composto di Cenomani, sotto il comando di Elitovio, seguendo le orme dei precedenti invasori, avendo varcato le Alpi per lo stesso passo, con l'appoggio di Belloveso, occupò le terre dove ora vi sono le città di Brescia e Verona. [2] Dopo di questi si stabilirono in Italia i Libui e i Salluvi, accanto all'antica gente ligure dei Levi, dimorando nei pressi del Ticino. Per le Alpi Pennine poi passarono i Boi e i Lingoni, e fra il Po e le Alpi essendo già tutte le terre occupate, varcato il Po con zattere cacciarono dalle loro sedi non solo gli Etruschi, ma anche gli Umbri: però non oltrepassarono gli Appennini. [3] Infine i Senoni, ultimi fra gli invasori, occuparono il territorio che si stende dal fiume Montone fino all'Esino. Mi risulta essere questa la gente che venne a Chiusi e a Roma; non è certo però se fu sola oppure aiutata da tutti i popoli della Gallia Cisalpina. [4] I Chiusini, spaventati dalla nuova guerra, al vedere il grande numero e l'eccezionale corporatura dei nemici e la foggia delle armi, e udendo che al di là e al di qua del Po avevano spesso disfatti gli eserciti etruschi, per quanto verso i Romani non avessero alcun rapporto di alleanza o amicizia, salvo il fatto che non avevano soccorso i consanguinei Veienti contro il popolo romano, mandarono ambasciatori a Roma per chiedere aiuti al senato. [5] Circa gli aiuti non ottennero nulla, però furono mandati come ambasciatori i tre figli di Marco Fabio Ambusto, per trattare coi Galli a nome del senato e del popolo romano, invitandoli a non attaccare degli alleati e amici del popolo romano, da cui non avevano ricevuto alcuna offesa: [6] i Romani erano pronti a soccorrerli anche scendendo in guerra, se la situazione l'avesse reso necessario; ma era parso miglior partito tener lontana la guerra stessa, se era possibile, e far conoscenza coi Galli, gente finora ignota, nella pace piuttosto che nelle armi.

PAST Traduzione

PASX Note V sec. a.C.

PAS PASSO

PASL Localizzazione XX periocha

Falisci cum rebellassent, sexto die perdomiti in deditionem venerunt. Spoletium colonia deducta est. Adversus Ligures tunc primum exercitus promotus est. Sardi et Corsi, cum rebellassent, subacti sunt. Tuccia virgo Vestalis incesti damnata est. Bellum Illyriis propter unum ex legatis, qui ad eos missi erant, occisum indictum est, subactique in deditionem venerunt. Praetorum numerus ampliatus est, ut essent quattuor. Galli Transalpini, qui in Italiam inruperant, caesi sunt. Eo bello populum Romanum sui Latinique nominis octingenta milia armatorum habuisse dicit. Exercitibus Romanis tunc primum trans Padum ductis Galli Insubres aliquot proeliis fusi in deditionem venerunt. M. Claudius Marcellus consul occiso Gallorum Insubrium

PASO Testo originale

duce Viridomaro opima spolia rettulit. Histri subacti sunt. Item Illyrii cum rebellassent, domiti in deditionem venerunt. Lustrum a censoribus ter conditum est; primo lustro censa sunt civium capita CCLXX (milia) CCXII. Libertini in quattuor tribus redacti sunt, cum antea dispersi per omnes fuissent, Esquilinam, Palatinam, Suburanam, Collinam. [C. Flaminius censor viam Flaminiam] muniit et circum Flaminium exstruxit. Coloniae deductae sunt in agro de Gallis capto Placentia et Cremona.

I Falisci si ribellarono, ma dopo sei giorni vinti si arresero. Fu fondata la colonia di Spoleto. Per la prima volta un esercito mosse contro i Liguri. I Sardi e i Corsi, che si erano ribellati, furono sottomessi. La vergine Vestale Tuccia fu condannata per aver violato la castità. Fu dichiarata guerra agli Illiri, perché avevano ucciso uno degli ambasciatori che erano stati mandati presso di loro; furono soggiogati e fu accolta la loro resa. Il numero dei pretori fu aumentato a quattro. I Galli Transalpini che avevano fatto irruzione in Italia furono disfatti. In questa guerra l'autore dice che il popolo romano, insieme con gli alleati latini, aveva in armi 800.000 uomini. Per la prima volta gli eserciti romani oltrepassarono il Po; i Galli Insubri sconfitti in diverse battaglie si arresero. Il console Marco Claudio Marcello, ucciso il comandante dei Galli Insubri, Viridomaro, riportò le spoglie opime. Gli Istri furono sottomessi. Gli Illiri, che si erano ribellati, furono domati e costretti alla resa. Fu tenuto il censimento per tre volte dai censori; nel primo censimento furono censiti 270.212 cittadini. I liberti furono assegnati a quattro tribù, l'Esquilina, la Palatina, la Suburrana e la Collina, mentre prima erano dispersi per tutte le tribù. Il censore Caio Flaminio costruì la via Flaminia ed edificò il circo Flaminio. Nel territorio tolto ai Galli furono fondate le colonie di Piacenza e di Cremona.

PAST Traduzione

PASX Note

Via Flaminia: 220 a.C.; fondazione di Piacenza: 218 a.C.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

XV periocha

PASO Testo originale

Victis Tarentinis pax et libertas data est. Legio Campana, quae Regium occupaverat, obsessa deditione facta securi percussa est. Cum legatos Apolloniatis ad senatum missos quidam iuvenes pulsassent, dediti sunt Apolloniatis. Picentibus victis pax data est. Coloniae deductae Ariminum in Piceno, Beneventum in Samnio. Tunc primum populus Romanus argento uti coepit. Umbri et Sallentini victi in deditionem accepti sunt. Quaestorum numerus ampliatus est, ut essent octo.

PAST Traduzione I Tarentini furono vinti e furono concesse loro pace e libertà. La legione campana che aveva occupato Reggio, assediata e costretta ad arrendersi, fu condannata alla decapitazione. Alcuni giovani, che avevano percosso gli ambasciatori degli Apolloniati mandati al senato, furono consegnati agli Apolloniati. Ai Picenti vinti fu concessa la pace. Furono fondate le colonie di Rimini nel Piceno e di Benevento nel Sannio. Allora per la prima volta popolo romano cominciò ad usare monete d'argento. Gli Umbri e i Sallentini furono sconfitti e ne fu accolta la resa. Il numero dei questori fu accresciuto e portato a otto.

PASX Note Fondazione di Rimini: 268 a.C.

PAS PASSO

PASL Localizzazione XXI, 17

PASO Testo originale [1] Nominatae iam antea consulibus provinciae erant; tum sortiri iussi. Cornelio Hispania, Sempronio Africa cum Sicilia evenit. [2] Sex in eum annum decretae legiones et socium quantum ipsis videretur et classis quanta parari posset. [3] Quattuor et viginti peditum Romanorum milia scripta et mille octingenti equites, sociorum quadraginta milia peditum, quattuor milia et quadringenti equites; naves ducentae viginti quinqueremes, celoces viginti deducti. [4] Latum inde ad populum, vellent iuberent populo Carthaginensi bellum indici; eiusque belli causa supplicatio per urbem habita atque adorati dii, ut bene ac feliciter eveniret quod bellum populus Romanus iussisset. [5] Inter consules ita copiae divisae: Sempronio datae legiones duae — ea quaterna milia erant peditum et treceni equites — et sociorum sedecim milia peditum, equites mille octingenti, naves longae centum sexaginta, celoces duodecim. [6] Cum his terrestribus maritimisque copiis Ti. Sempronius missus in Siciliam, ita in Africam transmissurus, si ad arcendum Italia Poenum consul alter satis esset. [7] Cornelio minus copiarum datum, quia L. Manlius praetor et ipse cum haud invalido praesidio in Galliam mittebatur; [8] navium maxime Cornelio numerus deminutus: sexaginta quinqueremes datae — neque enim mari venturum aut ea parte belli dimicaturum hostem credebant — et duae Romanae legiones cum suo iusto equitatu et quattuordecim milibus sociorum peditum, equitibus mille sescentis. [9] Duas legiones Romanas et decem milia sociorum peditum, mille equites socios, sescentos Romanos Gallia provincia eodemversa in Punicum bellum habuit.

[1] Già prima erano state designate le zone d'azione dei consoli; allora si ordinò loro di procedere al sorteggio. A Cornelio toccò la Spagna, a Sempronio l'Africa con la Sicilia. [2] Per quell'anno furono decretate sei legioni e tutte le truppe ausiliarie che gli stessi consoli giudicassero opportune e tutte le navi che fosse possibile apprestare. [3] Furono arruolati ventiquattromila fanti romani e milleottocento cavalieri, e tra gli alleati quarantamila fanti e quattromilaquattrocento cavalieri; furono varate duecentoventi navi a cinque ordini di remi e venti navi leggere. [4] Quindi fu proposto al popolo che decretasse ed ordinasse che fosse dichiarata guerra al popolo cartaginese; e per quella guerra fu tenuta una supplicazione attraverso la città e furono adorati gli dèi, affinché avesse buono e felice esito la guerra che il popolo romano aveva ordinato. [5] Fra i consoli le truppe furono così suddivise: a Sempronio furono assegnate due legioni — ciascuna di quattromila fanti e trecento cavalieri — con sedicimila fanti e milleottocento cavalieri alleati, centosessanta navi da guerra, dodici navi leggere. [6] Con queste truppe di terra e di mare Ti. Sempronio fu mandato in Sicilia, con il compito di passare in Africa a patto che l'altro console bastasse a tener lontano il Cartaginese dall'Italia. [7] A Cornelio furono assegnate truppe meno numerose, poiché veniva inviato in Gallia il pretore L. Manlio, anch'egli con un valido presidio; [8] soprattutto fu basso il numero di navi assegnato a Cornelio: sessanta quinqueremi — si credeva infatti che il nemico non sarebbe arrivato per mare né avrebbe combattuto in quella zona della guerra — oltre a due legioni romane con la loro regolare cavalleria, e quattordicimila fanti e milleseicento cavalieri alleati. [9] La provincia della Gallia, posta sul medesimo versante della guerra punica, ottenne due legioni romane e diecimila fanti alleati, mille cavalieri alleati e seicento cavalieri romani.

PAST Traduzione

PASX Note 218 a.C.

PAS PASSO

PASL Localizzazione XXI, 25

PASO      Testo originale

[1] In Italiam interim nihil ultra quam Hiberum transisse Hannibalem a Massiliensium legatis Romam perlatum erat, [2] cum, perinde ac si Alpibus iam transisset, Boii sollicitatis Insubribus defecerunt nec tam ob veteres in populum Romanum iras, quam quod nuper circa Padum Placentiam Cremonamque colonias in agrum deductas aegre patiebantur. [3] Itaque armis repente arreptis in eum ipsum agrum impetu facto tantum terroris ac tumultus fecerunt, ut non agrestis modo multitudo, sed ipsi triumviri Romani, qui ad agrum venerant adsignandum, diffusi Placentiae moenibus Mutinam confugerint, C. Lutatius C. Servilius M. Annius. [4] Lutati nomen haud dubium est; pro Annio Servilioque M. Acilium et C. Herennium habent quidam annales, alii P. Cornelium Asinam et C. Papirium Masonem. [5] Id quoque dubium est, legati ad exostulandum missi ad Boios violati sint, an in triumviros agrum metantis impetus sit factus. [6] Mutinae cum obsiderentur et gens ad oppugnandarum urbium artes rudis, pigerrima eadem ad militaria opera, segnis intactis adsideret muris, simulari coeptum de pace agi, [7] evocatique ab Gallorum principibus legati ad conloquium non contra ius modo gentium, sed violata etiam, quae data in id tempus erat, fide comprehenduntur negantibus Gallis, nisi obsides sibi redderentur, eos dimissuros. [8] Cum haec de legatis nuntiata essent et Mutina praesidiumque in periculo esset, L. Manlius praetor ira accensus effusum agmen ad Mutinam ducit. [9] Silvae tunc circa viam erant plerisque incultis. Ibi inexplorato profectus in insidias praecipitatur multaque cum caede suorum aegre in apertos campos emersit. [10] Ibi castra communita et, quia Gallis ad temptanda ea defuit spes, refecti sunt militum animi, quamquam ad quingentos cecidisse satis constabat. [11] Iter deinde de integro coeptum nec, dum per patentia loca ducebatur agmen, apparuit hostis; [12] ubi rursus silvae intratae, tum postremos adorti cum magna trepidatione ac pavore omnium septingentos milites occiderunt, sex signa ademere. [13] Finis et Gallis territandi et pavendi fuit Romanis, ut e saltu invio atque impedito evasere. Inde apertis locis facile tutantes agmen Romani Tannetum, vicum propinquum Pado, contendere. [14] Ibi se munimento ad tempus commeatibusque fluminis et Brixianorum etiam Gallorum auxilio adversus crescentem in dies multitudinem hostium tutabantur.

PAST Traduzione

[1] Intanto nessun'altra notizia oltre al passaggio dell'Ebro da parte di Annibale era stata portata in Italia a Roma dagli ambasciatori marsigliesi, [2] quando, come se egli avesse già oltrepassato le Alpi, i Boi, indotti alla rivolta anche gli Insubri, si ribellarono, e non tanto per i vecchi rancori nei confronti del popolo romano, quanto perché mal tolleravano che poco prima fossero state fondate vicino al Po le colonie di Piacenza e di Cremona, in territorio gallico. [3] Perciò, prese improvvisamente le armi, fatta un'irruzione in quello stesso territorio, provocarono un così grande terrore e scompiglio, che non solo molti coloni dei campi, ma gli stessi triumviri romani, G. Lutazio, G. Servilio, M. Annio, i quali erano venuti per assegnare le terre, ritenendo malsicure le mura di Piacenza, si rifugiarono a Modena. [4] Il nome di Lutazio è sicuro; in luogo di Annio e di Servilio certi annali citano M'. Acilio e G. Erennio, altri P. Cornelio Asina e G. Papirio Masone. [5] È anche incerto se siano stati malmenati gli ambasciatori inviati presso i Boi a presentare rimostranze o se siano stati assaliti i triumviri intenti a misurare il terreno. [6] Mentre (coloni e triumviri) erano assediati in Modena e quel popolo, che non sapeva come si assediano le città e per di più era assai svogliato nel compiere i lavori militari, se ne stava accampato con indolenza presso le mura senza assalirle, si diede inizio a finte trattative di pace, [7] e i legati chiamati a colloquio dai Galli vennero arrestati — non solo contro il diritto internazionale, ma anche con violazione della sicurezza personale garantita per quella circostanza — mentre i Galli affermavano che non li avrebbero lasciati liberi se non fossero stati loro restituiti gli ostaggi. [8] Poiché erano giunte queste notizie relative ai legati e Modena con la sua guarnigione era in pericolo, il pretore L. Manlio infiammato d'ira fa marciare verso Modena l'esercito in ordine sparso. [9] A quei tempi la strada era fiancheggiata da boschi, poiché quei luoghi erano per lo più incolti. Quivi, essendosi messo in marcia senza aver prima fatto ricognizioni, cadde in un'insidia e con molta strage dei suoi soldati a fatica riuscì a trarsi fuori in aperta campagna. [10] Quivi fu posto un accampamento fortificato e, poiché ai Galli venne meno la speranza di poterlo attaccare, gli animi dei soldati si rinfrancarono, sebbene fosse cosa certa che ne erano caduti circa cinquecento. [11] Poi si ricominciò daccapo la marcia ed il nemico non si fece più vedere, fintantoché l'esercito era condotto attraverso luoghi scoperti; [12] quando di nuovo ci si inoltrò nei boschi, allora i Galli, assalita la retroguardia, con grande affanno e spavento di tutti, uccisero settecento soldati, portarono via sei insegne. [13] I Galli cessarono di incutere terrore e i Romani di provare paura allorché si furono lasciati alle spalle quella regione selvosa impraticabile e difficilmente accessibile. Poi i Romani, potendo difendere l'esercito in marcia attraverso luoghi scoperti, si diressero a Tanneto, villaggio nei pressi del Po. [14] Quivi si proteggevano con fortificazioni

provvisorie e con approvvigionamenti per via fluviale e con l'aiuto dei Bresciani, pure essi Galli, contro il gran numero, di giorno in giorno crescente, dei nemici.

PASX Note 218 a.C.

PAS PASSO

PASL Localizzazione XXI, 43

[1] Cum sic aliquot spectatis paribus adfectos dimisisset, contione inde advocata ita apud eos locutus fertur: [2] «Si, quem animum in alienae sortis exemplo paulo ante habuistis, eundem mox in aestimanda fortuna vestra habueritis, vicimus, milites; neque enim spectaculum modo illud, sed quaedam veluti imago vestrae condicionis erat. [3] Ac nescio an maiora vincula maioresque necessitates vobis quam captivis vestris fortuna circumdederit; [4] dextra laevaue duo claudunt nullam ne ad effugium quidem navem habentis; circa Padus amnis, maior Padus ac violentior Rhodano; ab tergo Alpes urgent, vix integris vobis ac vigentibus transita. [5] Hic vincendum aut moriendum, milites, est, ubi primum hosti occurristis. Et eadem fortuna, quae necessitatem pugnandi imposuit, praemia vobis ea victoribus proponit, quibus ampliora homines ne ab diis quidem immortalibus optare solent. [6] Si Siciliam tantum ac Sardiniam parentibus nostris ereptas nostra virtute recuperaturi essemus, satis tamen ampia pretia essent; nunc quidquid Romani tot triumphis partum congestumque possident, id omne vestrum cum ipsis dominis futurum est. [7] In hanc tam opimam mercedem, agitedum, diis bene iuvantibus arma capite! [8] Satis adhuc in vastis Lusitaniae Celtiberiaeque montibus pecora consectando nullum emolumentum tot laborum periculorumque vestrorum vidistis; [9] tempus est iam opulenta vos ac ditia stipendia facere et magna operae pretia mereri tantum itineris per tot montes fiuminaque et tot armatas gentes emensos. [10] Hic vobis terminum laborum fortuna dedit; hic dignam mercedem emeritis stipendiis dabit. [11] Nec, quam magni nominis bellum est, tam difficilem existimaritis victoriam fore; saepe et contemptus hostis cruentum certamen edidit et incliti populi regesque perlevi momento victi sunt. [12] Nam dempto hoc uno fulgore nominis Romani quid est, cur illo vobis comparandi sint? [13] Ut viginti annorum militiam vestram cum illa virtute, cum illa fortuna taceam, ab Herculis columnis, ab Oceano terminisque ultimis terrarum per tot ferocissimos Hispaniae et Galliae populos vincentes huc pervenistis; [14] pugnabitis cum exercitu tirone, hac ipsa aestate caeso, victo, circumcesso a Gallis, ignoto adhuc duci suo ignorantique ducem. [15] An me in praetorio patris, clarissimi imperatoris, prope natum, certe eductum, domitorem Hispaniae Galliaeque, victorem eundem non Alpinarum modo gentium, sed ipsarum, quod

PASO Testo originale

multo maius est, Alpium, cum semenstri hoc conferam duce, desertore exercitus sui? [16] Cui si quis demptis signis Poenos Romanosque hodie ostendat, ignoraturum certum habeo, utrius exercitus sit consul. [17] Non ego illud parvi aestimo, milites, quod nemo est vestrum, cuius non ante oculos ipse saepe militare aliquod ediderim facinus, cui non idem ego virtutis spectator ac testis notata temporibus locisque referre sua possim decora. [18] Cum laudatis a me miliens donatisque, alumnus prius omnium vestrum quam imperator, procedam in aciem adversus ignotos inter se ignorantesque».

[1] Lasciatevi andar via i soldati in questo stato d'animo dopo che ebbero assistito ad alcuni duelli, Annibale convocò poi l'assemblea e si dice abbia loro parlato così: [2] «Se presto avrete nel valutare la vostra sorte il medesimo stato d'animo che poco fa avete avuto durante l'esempio della sorte altrui, abbiamo già vinto, soldati; quello, infatti, non era soltanto uno spettacolo, ma, per così dire, una sorta d'immagine della vostra condizione. [3] E non so se la sorte non abbia posto attorno a voi catene più forti e circostanze più cogenti che attorno ai vostri prigionieri; [4] da destra e da sinistra vi chiudono due mari e non avete nessuna nave neppure per cercare uno scampo; tutt'attorno avete il fiume Po, il Po che è più grande e più impetuoso del Rodano; alle spalle vi stanno a ridosso le Alpi, che avete attraversato con grande difficoltà quando eravate freschi di forze e nel pieno del vigore. [5] Qui bisogna vincere o morire, soldati, al primo scontro con il nemico. E quella stessa sorte che vi ha reso ineluttabile il combattere, vi propone, se sarete vincitori, premi tali che gli uomini di solito non ne chiedono di più grandi agli dei immortali [6] Se per noi si trattasse di riprenderci con il nostro valore soltanto la Sicilia e la Sardegna che furono sottratte ai nostri padri, questi sarebbero lo stesso premi abbastanza ricchi; ma tutto ciò che i Romani possiedono, procacciato e accumulato in tanti trionfi, sta per essere tutto vostro insieme con gli stessi padroni. [7] Per avere questa sì ricca ricompensa, presto, prendete le armi con il favore degli dèi! [8] Abbastanza a lungo, dando la caccia al bestiame sulle brulle montagne della Lusitania e della Celtiberia, non avete visto nessuna mercede per tante fatiche e pericoli; [9] è tempo ormai che dal servizio militare ricaviate guadagni ricchi e abbondanti e otteniate grandi ricompense degne della vostra fatica, dopo aver percorso così vasto cammino attraverso tante montagne e fiumi e tanti popoli in armi. [10] Qui la sorte ha stabilito che avessero termine le vostre fatiche; qui essa vi assegnerà una adeguata mercede, finita la campagna militare. [11] E non pensiate che la vittoria sarà tanto difficile quanto grande è la risonanza della guerra; spesso un nemico sprezzato ha dato luogo a una lotta sanguinosa e d'altra parte famosi popoli e rea sono stati vinti da una circostanza insignificante. [12] Se solo eliminiamo, infatti,

lo splendore del nome romano, che motivo c'è per cui li si debba paragonare a voi? [13] Per non parlare dei vostri vent'anni di campagne con il valore e con la buona fortuna che ben conosciamo, voi dalle colonne d'Ercole, dall'Oceano e dagli estremi confini della terra, attraverso tanti ferocissimi popoli della Spagna e della Gallia, vincitori siete giunti fin qui; [4] combatterete contro un esercito di reclute, che proprio quest'estate è stato massacrato, vinto, assediato dai Galli; che è ancora sconosciuto al suo comandante e che a sua volta non conosce ancora il suo comandante. [15] O dovrei forse paragonare me — che, se non proprio nato nella tenda di quel famosissimo generale che fu mio padre, se non altro vi sono stato allevato; che ho soggiogato la Spagna e la Gallia; che ho vinto nello stesso tempo non solo le popolazioni delle Alpi, ma, impresa molto più importante, le Alpi stesse — con costui, che è comandante da sei mesi, che ha abbandonato il suo esercito? [16] Se qualcuno, fatte togliere le insegne, gli mostrasse oggi Cartaginesi e Romani, sono sicuro che egli non saprebbe di quale esercito è console. [17] Io non giudico cosa da poco, soldati, che non ci sia nessuno di voi davanti ai cui occhi io stesso non abbia compiuto qualche azione di guerra, a cui io, nello stesso tempo spettatore e testimone del suo valore, non possa dar conto delle sue gesta gloriose distinguendone le date e i luoghi. [18] Insieme con voi, che mille volte siete stati lodati e avete ricevuto premi (da) me, andrò sul campo di battaglia, allievo prima che comandante di voi tutti, contro un comandante e un esercito che non si conoscono tra loro».

PASX Note 218 a.C.

PAS PASSO

PASL Localizzazione XXI, 47

PASO Testo originale

[1] Hoc primum cum Hannibale proelium fuit, quo facile apparuit et equitatu meliorem Poenum esse et ob id campos patentis, quales sunt inter Padum Alpesque, bello gerendo Romanis aptos non esse. [2] Itaque proxima nocte iussis militibus vasa silentio colligere castra ab Ticino mota festinatiumque ad Padum est, ut ratibus, quibus iunxerat flumen, nondum resolutis sine tumultu atque insectatione hostis copias traiceret. [3] Prius Placentiam pervenere, quam satis sciret Hannibal ab Ticino profectos; tamen ad sescentos moratorum in citeriore ripa Padi segniter ratem solventes cepit. Transire pontem non potuit, ut extrema resoluta erant, tota rate in secundam aquam labente. [4] Coelius auctor est Magonem cum equitatu et Hispanis peditibus flumen extemplo tranasse, ipsum Hannibalem per superiora Padi vada exercitum traduxisse elephantis in ordinem ad sustinendum impetum fluminis oppositis. [5] Ea peritis amnis eius vix fidem fecerint; nam neque equites armis

equisque salvis tantam vim fluminis superasse veri simile est, ut iam Hispanos omnes inflati travexerint utres, et multorum dierum circuitu Padi vada petenda fuerunt, qua exercitus gravis impedimentis traduci posset. [6] Potiores apud me auctores sunt, qui biduo vix locum rate iungendo flumini inventum tradunt; ea cum Magone equites et Hispanorum expeditos praemissos. [7] Dum Hannibal, circa flumen legationibus Gallorum audiendis moratus, traicit gravius peditum agmen, interim Mago equitesque ab transitu fluminis diei unius itinere Placentiam ad hostes contendunt. [8] Hannibal paucis post diebus sex milia a Placentia castra communivit et postero die in conspectu hostium acie directa potestatem pugnae fecit.

[1] Questa fu la prima battaglia con Annibale; essa mostrò chiaramente che il Cartaginese era più forte nella cavalleria e che perciò l'aperta pianura, quale è quella che si stende tra il Po e le Alpi, per i Romani non era adatta a combattervi. [2] Perciò la notte seguente, dato l'ordine ai soldati di fare i bagagli in silenzio, il campo fu levato dal Ticino e si marciò in fretta in direzione del Po, per far attraversare le truppe, senza disordine e senza inseguimento da parte del nemico, sul ponte di barche che era stato gettato sul fiume e che non era ancora stato disfatto. [3] Giunsero a Piacenza prima che Annibale sapesse con certezza della loro partenza dal Ticino; egli tuttavia catturò circa seicento ritardatari che sulla riva sinistra del Po si attardavano a sciogliere le zattere. Egli non poté passare attraverso il ponte, poiché tutto l'insieme delle zattere scivolava sull'acqua seguendo la corrente, essendo stata sciolta dagli ormeggi un'estremità del ponte. [4] Celio afferma che Magone passò subito a nuoto il fiume con i cavalieri e con i fanti ispanici, e che Annibale stesso fece passare l'esercito attraverso guadi più a monte sul Po, dopo aver collocato in fila gli elefanti perché facessero barriera contro la corrente del fiume. [5] Questa notizia a stento potrebbe trovare credito presso chi conosce bene quel fiume; è infatti inverosimile che i cavalieri abbiano vinto la così forte corrente del fiume senza che armi e cavalli subissero danni, supposto pure che tutti gli Ispani siano stati traghettati da otri gonfiati; e si sarebbe dovuto costeggiare il Po per molti giorni alla ricerca dei guadi attraverso i quali poter far passare l'esercito carico di bagagli. [6] Più degni di fede, secondo me, sono gli scrittori i quali affermano che a fatica in due giorni fu trovato un punto adatto a gettare un ponte di zattere sul fiume, e che per di là furono mandati innanzi con Magone i cavalieri (e) gli Ispani armati alla leggera. [7] Mentre Annibale, dopo essersi attardato nei pressi del fiume per dare udienza ad ambascerie galliche, fa passare la fanteria pesante, Magone e i cavalieri intanto in un sol giorno di marcia dopo il passaggio del fiume si recano a Piacenza alla volta dei nemici. [8] Annibale pochi giorni dopo trincerò il campo a sei miglia [ca. 9 km.] da Piacenza e il giorno seguente,

PAST Traduzione

schierato l'esercito in ordine di battaglia davanti ai nemici, offrì loro l'occasione di combattere.

PASX Note 218 a.C.

PAS PASSO

PASL Localizzazione XXI, 57

[1] Romam tantus terror ex hac clade perlatus est, ut iam ad urbem Romanam crederent infestis signis hostem venturum nec quicquam spei aut auxilii esse, quo portis moenibusque vim arcerent, [2] uno consule ad Ticinum victo altero ex Sicilia revocato; duobus consulibus, duobus consularibus exercitibus victis quos alios duces, quas alias legiones esse, quae arcessantur? [3] Ita territis Sempronius consul advenit, ingenti periculo per effusos passim ad praedandum hostium equites audacia magis quam consilio aut spe fallendi resistendive, si non falleret, transgressus. [4] Id, quod unum maxime in praesentia desiderabatur, comitiis consularibus habilis, in hiberna rediit. Creati consules Cn. Servilius et C. Flaminius iterum. [5] Ceterum ne hiberna quidem Romanis quieta erant vagantibus passim Numidis equitibus et, ut quaeque iis impeditiora erant, Celtiberis Lusitanisque. Omnes igitur undique clausi commeatus erant, nisi quos Pado naves subveherent. [6] Emporium prope Placentiam fuit et opere magno munitum et valido firmatum praesidio. Eius castelli oppugnandi spe cum equitibus ac levi armatura profectus Hannibal, cum plurimum in celando incepto ad effectum spei habuisset, nocte adortus non fefellit vigiles. [7] Tantis repente clamor est sublatus, ut Placentiae quoque audiretur. Itaque sub lucem cum equitatu consul aderat iussis quadrato agmine legionibus sequi. [8] Equestre interim proelium commissum, in quo quia saucius Hannibal pugna excessit, pavore hostibus iniecto defensum egregie praesidium est. [9] Paucorum inde dierum quiete sumpta et vixdum satis percurato vulnere ad Victumulas oppugnandas ire pergit. [10] Id emporium Romanis Gallico bello fuerat; munitum inde locum frequentaverant adcolae mixti undique ex finitimis populis, et tum terror populationum eo plerosque ex agris compulerat. [11] Huius generis multitudo, fama inpigre defensi ad Placentiam praesidii accensa, armis arreptis obviam Hannibali procedit. [12] Magis agmina quam acies in via concurrerunt, et, cum ex altera parte nihil praeter inconditam turbam esset, in altera et dux militi et miles duci fidens, ad triginta quinque milia hominum a paucis fusa. [13] Postero die deditioe facta praesidium intra moenia accepere; iussique arma tradere cum dicto paruisent, signum repente victoribus datur, ut tamquam vi captam urbem diriperent. [14] Neque ulla, quae in tali re memorabilis scribentibus videri solet, praetermissa clades est; adeo omne libidinis crudelitatisque et inhumanae

PASO Testo originale

superbiae editum in miseros exemplum est. Hae fuere hibernae expeditiones Hannibalis.

[1] In conseguenza di questa sconfitta pervenne a Roma un così grande terrore, che già si credeva che fino alla città di Roma il nemico sarebbe giunto in colonne d'attacco, e che non ci fosse alcuna speranza o mezzo di soccorso con il quale tener lontano l'assalto dalle porte e dalle mura, [2] essendo stato uno dei consoli vinto al Ticino, l'altro richiamato dalla Sicilia; dopo che erano stati sconfitti due consoli, due eserciti consolari, quali altri comandanti, quali altre legioni v'erano, che potessero essere chiamate? [3] Mentre si era in preda di questo terrore, sopraggiunge il console Sempronio, dopo esser passato con enorme pericolo in mezzo ai cavalieri nemici ovunque sparsi a far preda, animato dall'audacia più che dalla prudenza o dalla speranza di eluderli o di opporre loro resistenza se non vi fosse riuscito. [4] Egli, tenuti i comizi consolari — ciò che sopra ogni altra cosa si desiderava in quel momento — ritornò nei quartieri invernali. Furono eletti consoli Gn. Servilio e G. Flaminio per la seconda volta. [5] Neppure i quartieri invernali, del resto, erano tranquilli per i Romani, poiché dappertutto si aggiravano cavalieri numidi e, in tutti i luoghi che per essi erano troppo inaccessibili, i Celtiberi e i Lusitani. Perciò i rifornimenti erano da ogni parte impediti, tranne quelli trasportati sul Po per mezzo di navi. [6] Presso Piacenza c'era un centro di deposito, fortificato con grandi opere di difesa e protetto da una forte guarnigione. Annibale, messosi in marcia con i cavalieri e gli armati alla leggera con la speranza di espugnare quel luogo fortificato, sebbene l'avesse attaccato di notte avendo riposto nell'agire di sorpresa moltissima speranza di ben riuscire nell'impresa — non poté nascondere la sua venuta alle sentinelle. [7] Così alte grida furono d'improvviso levate, che le si udiva anche a Piacenza. Perciò sul far dell'alba il console era lì con la sua cavalleria, dato il comando alle legioni di seguirlo in ordine di battaglia. [8] Intanto si diede inizio ad uno scontro equestre, durante il quale il presidio fu difeso molto bene, essendosi diffuso il panico tra i Cartaginesi poiché Annibale, ferito, si ritirò dal combattimento. [9] Riposatosi poi per pochi giorni e non appena la ferita fu guarita completamente, proseguì la marcia per portare l'attacco contro Victumulae. [10] Questo era stato un centro di deposito per i Romani durante la guerra contro i Galli; il luogo, da allora in poi fortificato, era stato popolato dagli abitanti dei dintorni misti a tutte le genti confinanti; e in quei momenti il terrore dei saccheggi aveva spinto un gran numero di persone a rifugiarsi dai campi. [11] Tutta questa gente, eccitata dalla notizia che con slancio era stato difeso il presidio presso Piacenza, afferrate le armi marcia contro Annibale. [12] Erano schiere più che un esercito ordinato a battaglia quelle che si lanciarono all'attacco lungo la strada e, poiché da una

PAST Traduzione

parte non c'era nulla più che una massa disordinata, mentre nell'altra c'era un comandante che faceva affidamento su soldati i quali ricambiavano la fiducia, circa trentacinquemila uomini furono sbaragliati da poche migliaia di nemici. [13] Il giorno dopo, avvenuta la resa, (gli abitanti) accolsero una guarnigione entro le mura; e, benché essi avessero obbedito all'ordine ricevuto di consegnare le armi, improvvisamente vien dato ai vincitori il segnale di saccheggiare la città come se l'avessero presa con la forza. [14] E non fu tralasciata nessuna di quelle devastazioni che di solito agli storici sembrano degne di ricordo in fatti di tal genere; a tal punto fu dato contro quegli sventurati ogni esempio di libidine e di crudeltà e di disumana superbia.

PAST Traduzione Queste furono le spedizioni invernali di Annibale.

PASX Note 218 a.C.

PAS PASSO

PASL Localizzazione XXI, 62

PASO Testo originale

[1] Romae aut circa urbem multa ea hieme prodigia facta aut, quod evenire solet motis semel in religionem animis, multa nuntiata et temere credita sunt; [2] in quis: ingenuum infantem semestrem in foro olitorio triumphum clamasse, [3] et in foro boario bovem in tertiam contignationem sua sponte escendisse atque inde tumultu habitatorum territorum sese deiecisse, [4] et navium speciem de caelo adfulsisse, et aedem Spei, quae est in foro olitorio, fulmine ictam, et Lanuvi hostiam se commovisse et corvum in aedem lunonis devolasse atque in ipso pulvinario consedissee, [5] et in agro Amiternino multis locis hominum specie procul candida veste visos nec cum ullo congressos, et in Piceno lapidibus pluvisse, et Caere sortes extenuatas et in Gallia lupum vigili gladium ex vagina raptum abstulisse. [6] Ob cetera prodigia libros adire decemviri iussi; quod autem lapidibus pluvisset in Piceno, novemdiale sacrum edictum; et subinde aliis procurandis prope tota civitas operata fuit. [7] Iam primum omnium urbs lustrata est, hostiaeque maiores quibus editum est diis caesae, [8] et donum ex auri pondo quadraginta Lanuvium lunoni portatum est, et signum aeneum matronae lunoni in Aventino dedicaverunt, et lectisternium Caere, ubi sortes adtenuatae erant, imperatum et supplicatio Fortunae in Algido; [9] Romae quoque et lectisternium luventati et supplicatio ad aedem Herculis nominatim, deinde universo populo circa omnia pulvinaria indicta, et Genio maiores hostiae caesae quinque, [10] et C. Atilius Serranus praetor vota suscipere iussus, si in decem annos res publica eodem stetisset statu. [11] Haec procurata vota ex libris Sibyllinis magna ex parte levaverant religione animos.

[1] Durante quell'inverno a Roma o nei dintorni della città accaddero molti prodigi o — come di solito succede una volta che sugli animi abbia fatto sentire il suo influsso il timore superstizioso — molti ne furono annunziati e sconsideratamente creduti; [2] tra questi, che un bimbo di sei mesi, di nascita libera, aveva gridato nel Foro delle erbe l'«io triumphe»; [3] e che (nel) Foro Boario un bue era salito di sua spontanea volontà fino al terzo piano e di lì si era buttato giù spaventato dalle grida degli inquilini; [4] e che dal cielo era apparsa la visione splendente di navi; e che il tempio della Speranza, il quale si trova nel Foro delle erbe, era stato colpito da un fulmine; e che a Lanuvio una vittima sacrificale si era mossa e un corvo era volato giù nel tempio di Giunone e si era posato proprio sul letto sacro, [5] e che nel territorio di Amiterno in molti luoghi erano stati visti da lontano esseri d'aspetto umano vestiti di bianco, i quali non s'erano avvicinati a nessuno; e che nel Piceno c'era stata una pioggia di pietre; e a Cere le sorti erano diminuite di volume; e in Gallia [Cisalpina] un lupo aveva preso dal fodero la spada a una sentinella e l'aveva portata via. [6] Per tutti gli altri prodigi si diede ordine ai decemviri di consultare i libri; per la pioggia di pietre avvenuta nel Piceno fu indetto un rito espiatorio di nove giorni; e subito dopo quasi tutta la cittadinanza attese all'espiazione degli altri prodigi. [7] Subito in primo luogo fu purificata la città e furono sacrificate vittime adulte agli dèi a ciò destinati dai responsi, [8] e fu portato a Lanuvio un dono a Giunone di quaranta libbre d'oro, e le matrone consacrarono a Giunone una statua di bronzo sull'Aventino; e furono indetti un lettisternio a Cere, dove le sorti erano diminuite di volume, e una supplicazione alla Fortuna sul monte Algido; [9] anche a Roma furono prescritti un lettisternio in onore della Giovinezza e una supplicazione in particolare nel tempio di Ercole, poi di tutto il popolo in tutti i templi; e al Genio furono sacrificate cinque vittime adulte; [10] e si diede ordine al pretore G. Atilio Serrano di fare voti, se per altri dieci anni lo stato fosse rimasto nella medesima condizione. [11] Questi sacrifici espiatori e voti compiuti secondo le indicazioni dei libri Sibillini avevano in gran parte liberato gli animi dal terrore superstizioso.

PAST Traduzione

PASX Note

217 a.C.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

XXI, periocha

PASO	Testo originale	<p>Belli Punici secundi ortum narrat et Hannibalis, ducis Poenorum, contra foedus per Hiberum flumen transitum. A quo Saguntini, sociorum populi Romani, civitas obsessa, octavo mense capta est. De quibus iniuriis missi legati ad Carthaginenses, qui quererentur. Cum satisfacere nollent, bellum his indictum est. Hannibal superato Pyrenaeo saltu per Gallias fuis Volcis, qui obsistere conati erant ei, ad Alpes venit et laborioso per eas transitu, cum montanos quoque Gallos obvios aliquot proeliis reppulisset, descendit in Italiam et ad Ticinum flumen Romanos equestri proelio fudit. In quo vulneratum P. Cornelium Scipionem protexit filius, qui Africani postea nomen accepit. Iterumque exercitu Romano ad flumen Trebiam fuso Hannibal Appenninum quoque permagna vexatione militum propter vim tempestatum transiit. Cn. Cornelius Scipio in Hispania contra Poenos prospere pugnavit duce hostium Magone capto.</p>
------	-----------------	--

PAST	Traduzione	<p>[Il libro] narra lo scoppio della seconda guerra punica e il passaggio dell'Ebro, con violazione di un trattato, da parte del comandante dei Cartaginesi Annibale. Questi, posto l'assedio alla città di Sagunto, alleata del popolo romano, la prese sette mesi dopo. Per questi atti illegali furono inviati ambasciatori ai Cartaginesi, a presentare lamentele. Poiché questi non volevano dar soddisfazione, fu loro dichiarata guerra. Annibale, dopo aver valicato i Pirenei, attraverso le Gallie, sbaragliati i Volci che avevano tentato di opporgli, giunse alle Alpi e passando con difficoltà attraverso esse, dopo avere respinto in parecchi scontri anche i Galli delle montagne i quali gli sbarravano la via, scese in Italia, e sul Ticino sbaragliò i Romani in una battaglia equestre. In essa P. Cornelio Scipione, ferito, fu protetto dal figlio, che assunse poi il nome di Africano. E dopo aver per la seconda volta sbaragliato l'esercito romano sulla Trebbia, Annibale valicò anche l'Appennino a prezzo di un enorme strapazzo dei soldati a causa di violente tempeste. Gn. Cornelio Scipione in Spagna combatté con successo contro i Cartaginesi, con la cattura del comandante dei nemici Magone.</p>
------	------------	--

PASX	Note	218-217 a.C.
------	------	--------------

PAS	PASSO
-----	-------

PASL	Localizzazione	XXI, 15.3-6
------	----------------	-------------

PASO	Testo originale	<p>[3] Octavo mense, quam coeptum oppugnari, captum Saguntum quidam scripsere; inde Carthaginem Novam in hiberna Hannibalem concessisse; quinto deinde mense, quam ab Carthagine profectus sit, in Italiam pervenisse. [4] Quae si ita sunt, fieri non potuit, ut P. Cornelius, Ti, Sempronius consules fuerint, ad quos et principio oppugnationis legati Saguntini missi sint et qui in suo magistratu cum Hannibale, alter ad Ticinum amnem, ambo aliquanto post ad Trebiam, pugnaverint. [5] Aut omnia breviora aliquanto fuere, aut Saguntum principio annio, quo P. Cornelius, Ti. Sempronius consules fuerunt, non coeptum oppugnari est, sed captum. [6] Nam excessisse pugna ad Trebiam in annum Cn. Servili et C. Flamini non potest, quia C. Flaminius Arimini consulatum iniit, creatus a Ti. Sempronio consule, qui post pugnam ad Trebiam ad creandos consules Romam cum venisset, comitiis perfectis ad exercitum in hiberna rediit.</p>
------	-----------------	---

PAST	Traduzione	<p>[3] Alcuni hanno scritto che Sagunto fu presa sette mesi dopo l'inizio dell'assedio; che di lì Annibale si ritirò a Cartagine Nuova a svernare; che poi giunse in Italia quattro mesi dopo essere partito da Cartagine Nuova. [4] Se le cose stanno così, non era possibile che fossero P. Cornelio e Ti. Sempronio sia i consoli ai quali furono inviati ambasciatori da Sagunto all'inizio dell'assedio, sia i consoli che durante il loro anno di carica combatterono contro Annibale, l'uno presso il Ticino, ambedue qualche tempo dopo presso la Trebbia. [5] O tutto avvenne in tempi molto più brevi, o al principio dell'anno in cui P. Cornelio e Ti. Sempronio furono consoli ci fu non l'inizio dell'assedio, ma la presa di Sagunto. [6] La battaglia sulla Trebbia, infatti, non può riferirsi all'anno del consolato di Gn. Servilio e di G. Flaminio, poiché G. Flaminio assunse la carica di console a Rimini, per elezione presieduta dal console Ti. Sempronio, che, venuto a Roma per l'elezione dei consoli dopo la battaglia sulla Trebbia, tenuti i comizi, ritornò nei quartieri invernali dell'esercito.</p>
------	------------	--

PASX	Note	218-217 a.C
------	------	-------------

PAS	PASSO
-----	-------

PASL	Localizzazione	XXI, 26.1
------	----------------	-----------

PASO	Testo originale	<p>[1] Qui tumultus repens postquam est Romam perlatus et Punicum insuper Gallico bellum auctum patres acceperunt, [2] C. Atilium praetorem cum una legione Romana et quinque milibus sociorum dilectu novo a consule conscriptis auxilium ferre Manlio iubent, qui sine ullo certamine — abscesserant enim metu hostes — Tannetum pervenit.</p>
------	-----------------	--

